



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

XI. Vt filii clericorum ad spectacula non accedant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

1. Cor. 6.

norum causas Apostolus ad ecclesiam deferri, atque ibi determinari præcipiat.

X.

Cod. Can.
cap. 15.
2. q. 6. Placuit.

Hoc etiam placuit, ut si a quibuscumque iudicibus ecclesiasticis, ad alios iudices ecclesiasticos, ubi est maior auctoritas, fuerit prouocatum, non eis obsit, quorum fuerit soluta sententia, si conuicti non potuerint, vel inimico animo iudicasse, vel aliqua cupiditate aut gratia deprauati. Sane si ex consensu partium iudices electi fuerint, etiam a pauciore numero, quam constitutum est, non liceat prouocari.

XI.

1. q. 6. Sane
fi.
Cod. Can.
cap. 15.

Ut filii episcoporum vel clericorum spectacula sæcularia non exhibeant, sed nec spectent, quandoquidem a spectaculo & omnes laici prohibeantur. Semper enim Christianis omnibus hoc interdictum est, ut ubi blasphemi sunt, non accedant.

XII.

Cod. Can.
cap. 21.

Item placuit, ut filii vel filia episcoporum, vel quorumlibet clericorum, gentibus, vel hæreticis aut schismaticis matrimonio non iungantur.

XIII.

Cod. Can.
cap. 22.

Ut episcopi vel clerici, in eos qui catholici Christiani non sunt, etiam si consanguinei fuerint, nec per donationes, nec per testamentum rerum suarum aliquid conferant.

XIV.

Con. Afr.
cap. 2.

Ut episcopi vel clerici suos filios a sua potestate per emancipationem exire non sinant, nisi de moribus eorum fuerint & ætate securi, ut possint ad eosiam propria pertinere peccata.